Sunt enim quibus mala quæ agunt, displicent.
Sed tu nec in corde pœnitẽtiã agis, quia nimis indurat͠ũ est in malitia cor tuũ. Et [secundũ hãc duritiã tuã thesaurizas tibi iram, id est, accumulas & reponis tibi vindictã exercẽdã [in die irę,] id est, in die vltionis extremæ. [Irã thesaurizas,] id est, in occulto multiplicas tibi, deterius peccãdo per indultũ temporis spatiũ. Nam quia conuerti non vis, etiam spatio temporis accepto, per hoc mala tua ad reatũ auges, per quod ea diluere poteras, si conuerti velles. De benignitate enim dei iram sibi reprobus thesaurizat, quia dum ad pœnitendũ tempus accipit & ad peccandum expendit, ipsum remedium gratiæ vertit in augmentum culpæ. Vnde & omnipotens deus, quia collata remedia conspicit ad culpæ augmentum trahi, ipsam benignitatem quam contulit, in iudicij * distributionem
Aliàs distri ctionem. vertit. vt inde post plus feriat, vnde modo amplꝰ expectat: & quia homo deferere malum non vult vt viuat, augeat vnde moriatur. [Thesaurizas,] inquit, [Tibi irã] vẽturã [in die iræ,] id est, in die iudicij, qua deꝰ videbitur iratꝰ esse reprobis, licet nulla mẽtis perturbatione moueatur. [Et in die reuelationis iusti iudicij,] id est, in qua reuelabitur quod nunc occultũ est, iustũ iudicium dei, qui tã iuste iudicabit, [vt reddat vnicuique secũdum opera eius.] Et vere ita vnicuique reddet, nã bonis bona, & malis mala. Et hoc est: [His quidẽ] reddet gloriã, qui sunt boni operis [secundũ patientiã,] id est, qui bona operantur, bene vtentes patientia dei, vel qui [secũdum patientiã] bene operantur, id est, mercedẽ boni operis sui per patientiã expectant. perdurãtes vsque in finẽ in bono opere & in patientia, vt bona faciant & mala tolerẽt. His reddet [gloriã,] vt fulgeãt sicut sol in regno patris eorũ: [& honorẽ, vt sint ei similes sicut] Ioannes dicit: Quia cũ apparuerit, similes ei
1. Ioan. 3 erimꝰ. [Et incorruptionẽ,] id est, immortalitatẽ. Hæc reddet deus illis, qui sunt secundũ patientiã boni operis, [& hoc quærentibus vitã æternã,] id est, illis solummodo, qui ex patientia & bona actione sua nil aliud q̃ vitam æternã quærunt. Etsi enim patientiã boni operis ostẽdunt, gloriam tamen & incorruptionẽ non recipiẽt, si intentione cordis vitã æternã non quærunt. Istis quidem gloria dabitur. [Sed his qui sunt ex contentione,] sicut vos qui nũc cõtẽditis adinuicẽ. [Qui sunt ex contẽtione,] id est, ex veritatis impugnatione, vbi quod asseritur, non ratione, sed animi pertinacia defenditur. [& qui nõ acquiescũt euangelicæ veritati] cũ eis annunciatur, vt faciant quod veritas præcipit, [sed credũt iniquitati,] quã diligũt, promittentes sibi impunitatẽ malorũ quæ faciũt. His reddetur [ira,] id est, iusta vltio dei, [& indignatio,] id est, vigor seueritatis eius, [tribulatio] de reatu cõscientiæ, [& angustia] de vana pœnitẽtia, quãdo erũt intra se pœnitẽtiã agẽtes, & præ angustia spiritꝰ gemẽtes. Vel [ira,] id est, pœna, [& indignatio, quia sibi ipsis indignabũtur, quòd male agẽtes irã dei meruerũt. Huiusmodi [ira & indignatio] dabitur corporibus & animabus eorũ in futuro. Et antequã animę eorũ resocietur corporibus, interim veniet [tribulatio,] quãtũ ad exterio rẽ cruciatũ: [& angustia, quãtũ ad cõscientiã, quæ torquebit intrinsecus ipsas animas. Vel post resurrectionẽ [tribulatio] in corporibus, [& angustia] in animabus. Hęc pœna veniet [in omnẽ animam operãtis malũ:] quia anima prima peccat, & idcir co pœnã principaliter sentit. Superiꝰ etiã dictum erat, reprobũ thesaurizare sibi irã in die iudicij. Et nũc ne quis putaret quòd reprobi vsque ad diẽ illã sine pœna essent, additur, pœnã esse dandã [In omnẽ animã hominis operantis malũ. Ac si dicatur: Nõ solũ in illa die & deinceps sentiet irã malus, sed & antè. [In omnẽ animã operãtis malũ, Iudæi primũ & deinde Græci, id est, gentilis. Iudęus gentili in culpa præfertur, quia præter naturalem legẽ, & Moysi legẽ scriptã habuit, ac præuaricatus est. Iudæus semper anteponitur, quia primus deũ cognouit: & credẽs, propter Abraã honorificẽtior est: diffidens autẽ, peius tractandus, quoniã promissa patribus refutauit. Ostẽso autem quòd male operãtes ex vtroq; populo sint puniẽdi, ostẽdit ecõtra quòd bene agẽtes ex circũcisione & præputio sint glorificãdi, ideoq; sentẽtiã præmissam repetit: Pœna erit male operanti. Sed [gloria,] id est, splẽdor clarificati corporis, [& honor,] id est, locus ad dexterã iudicis, [& pax,] id est, omnimoda quies in regno, erit [omni operãti bonũ:] nõ dico omni qui videtur operari bonũ, sed qui veraciter operatur quod deꝰ bonũ iudicat. [Iudæo primũ. Primũ credulitatis tẽpore, nõ dignitate. Iudęi enim primò crediderũt, ac bonũ operati sunt, & postea Græci, per quos signãtur gentiles, sed nunc vtrique parem in regno locũ beatitudinis habẽt.

Non est enim personarum acceptio apud deum. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Et *quicunque in lege peccauerunt, per legẽ iudicabuntur. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum: sed factores legis iustificabuntur.* *Deut.10 2.Par.19*

Iure æquiparo Iudæũ & gẽtilẽ in pœna & gloria, quia deꝰ iudicat nõ secũdũ personas, sed secundũ merita. [Nõ enim est apud deũ acceptio personarũ,] [sed acceptio bonorũ operũ. Siue enim Iudęus, siue gẽtilis, vnusquisq; secũdũ opera sua iudicatur à deo. Et vere deus personã nõ accipit. [Nã quicũque peccauerunt sine lege, sicut gẽtiles, qui legem scriptã nõ acceperũt: [peribũt sine lege, id est, non fiet de eis legale iudiciũ, quia in gehennã sine iudicio præcipitabũtur. [Et quicũque in lege peccauerũt sicut Iudęi, q̃ legẽ Moysi nõ seruauerũt, [per legẽ iudicabuntur], id est, damnabuntur: quia ipsi audient verba iudicis, vt pereant propter legem *Ephe.6 Col.3 Actu.10*

eius